de ecclesia pugnent contra ecclesiam: de quibus loquitur et iohannes euan
gelista. Ex nobis exierunt. sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex no
bis mansissent utique nobiscum. Ciuitates uastantur terrae iudeae et
hereticorum florent conciliabula. Si quis ergo fautor est uictorium per
uersorum dogmatum. de hoc dici potest. Ascendit leo de cubili suo. et praedo
s. gentium se leuauit et reliqua. Super hoc accingite uos ciliciis. plangite et ulu
s. late. quia non est auersa ira furoris dni a nobis. Siue ut lxx transtulerunt
a uobis. Alter leonem et saeuissimam bestiam uitare non possumus. nisi agamus
penitentiam et ad dnm conuertamur. non solum mente sed et opere. Quam
diu enim ille uastat ecclesiam et terram iuda. hierusalem quoque populat
s. dni ira perspicua est. Et erit in die illa dicit dns. peribit cor regis et cor principum
s. et obstupescent sacerdotes. et prophetae consternabuntur; Uastante praedone
ecclesiam dni. et ira contra nos dni permanente omne auxilium inutile erit
peribit cor regis. cuius debet esse cor in manu di; et cor principum qui putabunt
esse sapientes. stultam enim fecit ds sapientiam mundi. quia per illam non cognoue
runt dnm. Ipsi quoque sacerdotes qui legem dni docere deberent et subiectos sibi popu
los a leonis furore defendere. quodam stupore infatuati uertentur in amentiam;
Sic enim septuaginta transtulerunt. pro stupore et excessu mentis exprimentes. Et
prophetae consternabuntur. siue ut aquila transtulit uerbum hebraicum
iethmahu. amentes erunt. qui enim non insaniat non perdat cor quando prin
cipes et reges et sacerdotes et prophetas quondam suos sub leone conspexerit.
s. Et dixi. heu heu heu dne ds; pro quo lxx transtulerunt. o dne ds. ergo ne decepisti po
s. pulum istum et hierusalem dicens. pax erit uobis et ecce peruenit gladius usque ad animam;
quia supra dixerat. in tempore illo uocabunt hierusalem solium dni et congregabuntur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0048